



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 78. Sessio II. Ferrariensis Concilii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

absentium, & Capitulorum Procuratores, Sæcul. XV.
 Doctores, Advocati &c. prout in ceteris A. C. 1438.
 Conciliis ordinatum, sedeant: sancitum
 quoque, ut sive quis altero prior, sive lo-
 co posterior esset, nulli tamen Ecclesiæ,
 vel Prælato, Regi aut Principi seu Com-
 munitati inde jus acquireretur, vel præ-
 judicium nasceretur.

§. LXXVIII.

Sessio II. Ferrariensis Concilii.

Duabus aliis Congregationibus unde Acta Patric.
 cima, & decima quarta Februarii to. 12. Conc.
 habitis causæ, quæ in proxima Sessione p. 1555.
 tractarentur, matura deliberatione dis-
 cussæ fuerunt. Sessio hæc ordine secun-
 da die Sabbati decima quinta Februarii
 celebrata legitur, præside ipsomet Euge-
 nio Pontifice, ac præsentibus septuagin-
 ta duobus Episcopis, ut testatur Justinia-
 nus. Igitur re divina per Cardinalem
 S. Marci solemniter peracta Episcopus
 Forojuliensis seu Foroliviensis, nomine
 Aloysius (alii Ludovicum appellant ex
 Ordine FF. Minorum) ambonem con-
 scendit, ac sequens decretum perlegit,
 publicavitque.

§. LXXIX.